Sufficientem sibi in præmissis plenariam satisfactionem Summæq supraścriptæ Centum Quinquaginta florenorum Polonicalium realem et effectiuam persolutionem Quietat, emittit, dimittit, liberumq et absolutum perpetuo pronunciat, Inscriptionem eandz Castren Capitan Præmyslien obligatoriam in toto et per omnia Cassat mortificat et annihilat, sibi Recognoscenti suisq Successoribus ratione præmissorum perpetuum imponendo silentium.

Feria Secunda in Crastino Festi Sancti Lucæ Euangelistæ Anno Domini Millesimo sexcentesimo septuagesimo Primo. 19/X

0042

Kropiwnicka seu Baginska Ortynskiemu Obligat.

Comparens personaliter coram Officio Actisq præsen Castren Capitanap Præmyslien Nobilis Nastasia Kropiwnicka olim Nobilis Michaelis Baginski Consortis derelicta Vidua sana mente et corpore existens, à Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusq suis quibusuis proprijs et competentibus recedendo. Præsenti vero Castrensi Capitaneali Præmysliensi Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet, seçum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibq totaliter et plenarie incorporando, atq subijciendo palam, liberè, publice, ac per expressum recognouit. Quia ipse bona sua propria et hæreditaria infrascripta, videlicet Cząstkę Poł

Popielarska

Popielowska nazwana inter metas ab utrinque Nobilium Orzyn-
skich, in bonis villis Bylow Terrae et Districtus praedicti Pelny
skiensis iacentes et consistentes cum omni praemissorum iure, Dominio,
proprietate, titulo obligationis omnibusque et singulis eorundem bo-
norum utilitatibus, fructibus, proventibus, redditibus, commo-
dis, emolumentis, obventionibus attinentiisque et pertinentiis
generaliter universis, nihil ex praemissis Iuris, Dominii, pro-
prietatis, ac Cuiusvis competentiae et praerogativae pro se Reco-
gnoscente, suisque Successoribus ac quippiam alio reservando
seu excipiendo, verum ita late longe prout ferentes alitorque
prout eadem bona ipsamet Recognoscens tenuit, habuit,
et possidebat, ipsamque concernebant, ac eadem legitime per-
tinebant, [illegible] et de facto Nobili Iedowiō Or-
zynski Zebiec eiusque posteris hinc et ab actu praesenti ad festum
Conversionis Sancti Pauli Apostoli in Anno Millesimo Sexcen-
tesimo Septuagesimo Quarto, proxime et immediate venturum vi-
cidem, et in defectu pro tunc eorundem bonorum exemptionis
summaeque memoratae Quinquaginta florenorum polonicorum totali et in-
tegrae realis persolutionis, extunc de Triennio ad Triennium proxi-
mi Festo Conversionis Sancti Pauli Apostoli proxime tunc venturo in-
cidendo et sic consequenter de Triennio ad Triennium Festo ad
Festum, Trienniis et Festis se se continue et immediate sequentibus
usque ad exemptionem bonorum eorundem, summaeque memoratae
totalem et integram realem et effectualem persolutionem obligavit
inscripsit et invadiavit, prout obligat inscribit, et invadiat
praesentibus. Inquibus quidem bona suprascripta, praemissaque omnia
praedicta per se Recognoscentem obligata et invadiata tamen ex nunc
et de facto eadem Recognoscens Nobilis Nastasia Kupienska praedicta

Pro summa Quinquaginta florenorum polonicorum ac per se Recognoscentem lenuatam et re-
aliter percepta de qua ipsa quietatur

to Nobili Orzynski Obligatario suo eiusq posteris coram officio praesenti dat et admittit realem Intromissionem et actualem pacificamq possessionem per Ministerialem quemcunq competentem et Nobiles dictos die quacunq voluerit, officiosè acceptandam per ipsum Nobilem Orzynski Obligatarium suum ipsiusq posteros, hac eadem bona praemissaq omnia praesentem inualidata cum Vniuersis eorum Vtilitatibus et vsufructibus, attinentijsq et pertinentijs generaliter omnibus tenendum habendi, et possidendi, illisq quietè et pacifice vtifruendi, ac ad vsus suos, suorumq successorum, quosuis beneplacitos liberè et effectualiter conuertendum modo ac iure obligatorio. Debetq et tenebitur memorata Recognoscens prout se ac suos successores in et super bonis suis generaliter omnibus, summisq pecuniarijs quibuscunque habitis et habendis, eidem suprascripto Nobili Orzynski Obligatario suo inscribit et obligat praesentibus, ipsum et eius successores in dictis bonis praemissisq omnibus praesentibus per se Recognoscentem inuadiatis et ratione eorundem omnium ab omni et quauis impetitione iuridica, quarumcunq personarum cuiuscunq conditionis status et sexus cuiusuis existentium exonerandum, in omni Judicio et officio Regni, semper toties quoties opus fuerit, tueri defendere, euincere, intercedere, et eliberare, indemnemq cum posteris reddere, nec non haec eadem bona, praemissaq omnia praesentibus per se Recognoscentem obligata et inuadiata ab omnibus in genere Iuribus et Inscriptionibus prioribus et posterioribus super praemissa omnia modo quouis cuicunq personarum factis et faciendis, item etiam a quibusuis Citationibus, super eadem bona suprascripta modo quocunq importatis et importandis, Lucris denique et Perlucris, Processibusq Iuris quibusuis in quocunq puncto et gradu Iuris dependentibus

et in quouis

et in quovis Iudicio et officio Regni Obtentis et obtinend, ac super praemissis omnibus praesentem obligatis, perduelis et perducendis emundare, et eliberare, mundaque et libera semper facere, ac etiam Intromissionem praefatam coram officio praesen admissam, in fundo bonorum eorundem praesentem invadiationis dum per Ministerialem competen et Nobiles duos officiose requiventur non denegare, imo debebit et tenebitur eandem libere dare et effectualiter admittere, Dataque et admissam eandem, possessionem et usumfructum praemissorum omnium praesen invadiatorum, quovis modo tam per se quam per suas quasvis submissas et subordinatas personas non impedire nec adimere, ipsumque Obligatarium suum et illius posteros in praemissis omnibus praesentibus obligatis nullo modo iniuriari, ita ut haec eadem bona praemissaque omnia praesen invadiata, idem obligatarius suus cum suis posteris quiete et pacifice praesen Inscriptionis Obligatoriae vigore tenere, habere, et possidere queat illisque usufrui possit, usque ad exemptionem bonorum eorundem suam modoque memorato totalis et integrae realem ac effectivam per solutionem. Idque sub Vadio similis summae Quinquaginta Florenorum polonicalium per eandem Recognoscentem sive eius Successores, suprascripto Obligatario suo, ipsiusque successoribus, ob non completionem praemissorum omnium et singulorum, tam in parte quam in toto, toties quoties opus fuerit ad solvendum Succumbendo. Pro quo quidem Vadio modo praemisso ad solvendum succubito ac pro re aliqua principali ex praemissis non completa complenda citata existens memorata Recognoscens Nobilis Nastasia Kropiwnicka olim Nobilis Michaelis Baginski consortis derelicta vidua sive eius Successores ad Instantiam praefati Nobilis

Fedorij

Aeclory Ovignski Lebiec vel eius posterorum ad Officium praesens Castrense Capitaneale Praemysliense, ex hunc recessu suprascripto quo ad respondendum spectat mediante, semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio stare, Juri parere, respondere, Vadium praefatum luere, Inscriptioni huic satisfacere ac omne Judicatum pati debebit et tenebitur, seque ac suos Successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesenti, illum Terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes Causae eiusdem Terminos semper peremptorios, vera infirmitate pro maiori, minorennitate Successorum, legatione intra vel extra Regnum servitio militari, ad munimenta ac evictorem, vel alijs quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non defferendo, ad Quietationem ultra proximos Officij praefati Castren Capitan Praemyslien Terminos dilationem sibi non recipiendo, nullasque motiones appellationes ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia poenis simplicibus vel replicatis, evasionibus suspensionibus, fatalijs Juris praescriptione terrestri bello, Conventione ac alijs omnibus Juris remedijs et defensis non subterfugiendo nec modo alio quovis evadendo. Hac sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

Feria Tertia post Festum Sancti Lucae Euangelistae proxima Anno Domini Millesimo sexcentesimo septuagesimo Primo. 20/X

H. Paszko Kulczyckiemu Cedit.